



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando horologium sonat. Exerc. 29

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Confusio.

ERubescemus: recordando temporis illius, qui erecti contra Deum stetimus, & aduersus eum præliati sumus resistendo illius voluntati: & è contrario ad hostium nostrorum pedes prouoluti iacerimus, implendo in omnibus ipsorum voluntatem.

Petitio.

Petimus à Deo, fortitudinem in pedibus consistendi, & viriliter contra inimicos nostros decertandi, vt illos profligare, atque pedibus nostris substernere possimus.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, in seruos: paratiq̃ue stabimus ad omnia, si cuiq̃ illi nobis præcipere placuerit, perficienda, simul cum innumerabili illa multitudine cœlestium spirituum, coram ipso semper assistente & ad omne ipsius beneplacitū prõptissima.

Quando horologium sonat.

Exercit. 29.

Psal. 76. Et dixi, nunc cœpi.

Roman.

Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere.
Gal. 6. Dū tempus habemus, operemur bonū.
Matt. Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit.

Consideratio.

Considerabimus. Vitam nostram cursore velocius pertransire, nec vel vno temporis momento stare, cogitabimus etiam, nos iam vnā horā minus habere de vita, & vna hora morti propinquiores factos esse.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, quod vsq; ad hanc horam nos in vita conseruauerit, nosq; misericorditer ad poenitentiam, conuersionē veramq; vitæ nostræ emendationem expectauerit.

Confusio.

Pudore suffundemur: cōsiderantes quam hac hora tepidi & negligentes fuerimus in diuino seruitio: & examinādo breuiter defectus hac hora commissos, pro ijs dolebimus, nosq; coram Deo humiliabimus.

Petitio.

Petemus à Deo gratiam presentem horam

horā melius & feruentius in obsequijs
 suæ diuinę maiestatis transigendi quā
 præteritā: cumq; corā ipso numeratæ
 sint omnes horæ, & omnia minuta vi-
 tę nostræ, rogabimus eū, ne permittat
 quod hora mortis nos imparatos &
 salutis nostræ immemores inueniat.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad seruiēdum
 ei toto vitæ tempore quod nobis
 adhuc superest: incipiemusq; hac ho-
 ra cum nouo spiritu & feruore.

Quando esurimus.

Exercit. 30.

Ioan. 6. Qui venit ad me, non esuriet.

*Matt. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti-
 tiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Luc. 1. Esurientes impleuit bonis.

*Psal. 144. Oculi omniū in te sperant Domi-
 ne: & tu das illis escam in tēpore oportuno.*

Apoc. 7. Non esurient, neq; sitient amplius.

Consideratio.

Considerabimus Christū Redem-
 ptorē nostrū pro nob s esuriuisse
 cū tamen ille sit, qui Angelos in cœlis
 satiat, & omnes creaturas in terra su-
 stentat.

Gratia